

saluum facere quod perierat. Accedit difficilis Librarii manus, quam Sec. XIII. habeo, quo Roscelini, Abaelardi, Berengarii, Gilb. Porretani &c. Philosophus jam latius Theologorum scholas peruaferat.

Clare sunt ualles, quia ualles nomine claras

Clarior instituit religione pater.

Fama patris uitalis odor, ualidumque vetusto

Heu viciis fidei robur in orbe fuit.

Spirat adhuc, celerisque noti uelocior alis

Evolat, ac dulces promit ubique modos.

Nempe nouis ludebat adhuc puerilis in annis

Mens, cum iam mentis floruit intus honor. &c.

Habes fat facilem venam ignoti Modulatoris, qui finit:

At modo succubuit titubans heu musa, nec audet

Febricitans trepidis edere plura sonis.

Expliciunt uersus cuiusdam amatoris sancti bernhardi.

CCCCXXV.

R. 48 Codex membraneus lat. nunc Sec. XV. est enim rescriptus, ductibus, qui etiamnum adparent, faltem Seculum VII. loquentibus; Folior. 62. f. min. per duas columnas bene exaratus, rubricis distinctus, et olim, ut p. 1. subnotatur, *monachorum congregationis sancte Justine de padua deputatus monasterio sanctorum Seuerini et Sossij de neapoli*, continet D. Bernardi Claraevall. Abb. Sermones in *Cantica Canticor.* Inscriptio miniata est: *Bernardi clareuallensis abbatis super cantica canticorum sermo primus incipit.* Initium: *Uobis Fratres alia quam aliis de seculo*

&c. Finis *Sermone LXXXVI.* quousque uidelicet Autor laborem perduxit: *ut filij lucis inquit ambulate.* Textus cum edit. Maur. T. IV. col. 1267. probe conspiciat. Adtextum est ad calcem Folium manu Sec. XII. luculente rescriptum, continens expositionem *Psalmi LXVII. v. Si dormiatis inter medios clericos &c.* T. IV. edit. Maur. Opp. Augustini col. 674 — 75. Vitio compactoris Membranae in Codice mire turbatae sunt.

CCCCXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 16 XIII. Folior. nunc 154. f. per du-

as columnas luculente exaratus, rubricisque pernotatus complectitur: I. D. *Bernardi Abb. Claraevall. Sermones in Cantica* ita, ut pluribus membranis deperditis initium modo fit a fine *Sermonis XXIV.* atque his verbis: *Jam omne adiutorium, quod tibi ex me debebatur, uertisti tibi in confusionem — Utinam et nos simus de illis annumerati dilectoribus sponsi prestante eodem domino nostro ihesu christo.* Sequitur *Sermo XXV.* hoc initio: *Hoc demum tertio Fratres reditum ab urbe nostrum &c.* Recte notavit sua in editione *Mabillonius T. IV. col. 1345.* inter hunc et praecedentem *Sermonem* et a Codicibus, et ab Editionibus eos secutis turbatum fuisse eo, quod *Bernardus ex Italia* redux *Sermonem XXIV.* cum alio Exor-

dio et alia *Clausula* repetierit. Itaque, quae superius citata sunt verba, apud eum *col. 1347 — 48.* partim in contextu *Serm. XXIV.* partim in *nota* leguntur; illa vero: *Videas ambulare seorsim — desiderare, quae sursum sunt, reditudo;* a Codice nostro penitus absunt, in quo deinceps *Sermones uno numero Mabillonium* praecedunt. In *Serm. XXVII.* seu *Lamentatione super fratrem suum Gerbardum* excidere membranae a verbis: *non hunc qui obdormiuit in domino. Exite —* usque ad verba *Serm. XXXIII. favorable quidpiam cantare nobis de canticis Sion &c.* Ultimus est *Sermo LXXXIV.* (*Mabill. LXXXIII.*) ad cuius finem quaedam situ corrupta sunt *Supereft:*

Christus scriptorem saluet per Matris amorem.

Capto experimento Textum comperi nihil habere prae Editis, nisi quod *Serm. nobis XXVI.* malim scriptum *filiae Babylonis* vel *filiae Belial* pro impresso *filiae Baal,* ut *I. Reg. I. 16.*

II. fol. 151. p. 2. adscriptum est alia manu *Poema* prolixum morale varia *Vitae* praecepta tradens, sed ab aevo, situque pessime habitum, cuius initium:

Ardua virtutum faciles cape lector ad usus.

Alta solent humiles carpere poma manus.

Has ego dictus opes abbas referabo iohannes,

Abdita cum nullum gaza iuvamen habet.

Vtilis est operis magnos releuare labores,

Et grave per planum ducere pondus iter.

Hinc ego, quo facilis sapientia fiat alumpnis,

Ethica dulcisonis uerba notabo modis. &c.

Versum certe eleganter conclude-
re didicit ab *Ouidio Iohannes* no-
Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

ster, quem neque apud *Leyserum,*
neque alibi deprehendi. Agit vero

R r r

pri-

primum de Linguae moderamine, dein de fuga Superbiae, Invidiae, Irae &c. Verum, ut monui, multa putredine consumpta, alia extrita sunt, et Librarius spatio arctatus sub finem literas minuit, lineas densavit.

CCCCXXVII.

- R. 1986 Codex membranaceus lat. Sec. X-IV. Folior. 195. f. per duas columnas luculente exaratus, coloribus distinctus et olim *Domus orti beate marie prope pragam Ordinis Carthusiensium* continet D. *Bernhardi Abb. Claraevall. Sermones in Cantica Canticorum*. In edit. *Maur. Paris. T. IV.* habentur horum *Sermonum LXXXVI.* in praesenti Codice numerantur *LXXXIII.* Ita enim Rubrica calcis: *Notandum quod in hoc libro continentur LXXXIII. sermones quos beatus bernhardus compilavit super cantica canticorum. et in eisdem sermonibus tantummodo duo capitula cum dimidio (ne id quidem, sed stitit in C. 3. v. 1.) exponuntur. Aut forte morte preuentus plura non edidit. aut si de hoc plura scripsit. hec in hoc volumine non habentur.* Verum adhibito examine deprehenduntur in Codice nonnisi *Sermones LXXXII.* Ultimus enim non est, nisi repetitus *Quinquagesimus tertius,* in quo post verba sub initium: *observante etiam hic ordinem.*— multa defunt, quae in ultimo subplentur. In Textu paucae ab Editis occurrunt differentiae, nec, quae illum perfici-

ant. In principio *Serm. XX. Ut a Magistri verbis &c.* Codex recte interponit *Gentium.*

CCCCXXVIII.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 3297 XV. Folior. 133. f. per duas columnas nitidissime exaratus, picturatis initiorum literis, prioribus tamen 14. Textus foliis ab alia minus eleganti manu, ut videtur, subpletus continet D. *Bernardi Abb. Claraevall. Sermones in Cantica Canticorum* numero *LXXXIII.* Igitur postremi IV. editionis *Maur. T. IV. col. 1557.* absunt. Textum praecedat *Registrum sive Tabula Cantici Canticorum cum Prologo,* quo fufe ejus usus docetur. Lectio proba est.

CCCCXXIX.

Codex partim membranaceus, R. 2010 partim chartaceus Sec. XV. Folior. 225. f. per duas columnas non eadem manu, nitide tamen exaratus, minio distinctus, et prius *fratrum Carthusiensium domus Porte beate Virginis Marie,* videlicet in *Axpach,* continet I. *Sermones LXXXIII. D. Bernardi Claraev. Abb. in Cantica Cantic.* prorsus ita comparatos, inscriptos et Elencho instructos, ut e Codice *Carthusiensium prope Pragam* paullo ante retuli, unde illius *Απολογιστον* puto. Scriptor se versus pangere ratus haec ad Elenchum rubro subjecit: